

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo CXXII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

uent ih̄s ianuis clausis. & st̄t in medio & dixit; pax uobis. Deinde dicit  
 thome; infer digitum tuum huc & uide manus meas. & adfer manū tuā  
 & mitte in latus meum & noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas  
 & dixit ei; dñs meus & dñs meus. Uidebat tangebaturq; hominem. & confiteba-  
 tur dñm quem non uidebat neq; tangebatur; sed per hoc quod uidebat atq;  
 tangebatur. illud iam remota dubitatione credebat. Dicit ei ih̄s; quia uidis  
 ti me credidisti; non ait t̄digisti me sed uidisti me. q̄m̄ generalis quodā  
 modo sensus est uisus; Nam & per alios quattuor sensus nominari solent.  
 uelut cum dicimus. audi & uide quam bene sonat. olfac & uide quam bene  
 oleat. Gusta & uide quam bene sapiat. Tange & uide quam bene caleat;  
 ubiq; sonat uide. cum uisus proprie non negatur ad oculos pertinere;  
 unde & hic ipse dñs. Infer inquit digitum tuum huc & uide manus meas;  
 quid aliud ait quam tange & uide. Ne tamen oculos ille habebat indigito;  
 ergo siue intuendo siue & iam tangendo. quia uidisti me inquit. credidisti  
 ti; quamuis dici possit non ausum fuisse discipulum tangere. quam se of-  
 ferrat ille tangendum; non enim scriptum est. & t̄digit thomas; sed siue  
 aspiciendo tantum. siue & iam tangendo uiderit & crediderit. illud quod  
 sequitur. magis gentium fidem praedicat atq; commendat. Beati qui non  
 uiderunt & crediderunt; praeteritae temporis usus est uerbis. tamquam ille  
 qui quod erat futurum. in sua nouerat praedestinatione iam factum.  
 Sed iam sermo iste a prolixitate cohibendus est. donabit dñs ut de his que  
 restant alias disputemus.

**INCIPIT SERMO CXXII DE EO QUOD DICIT. MULTA QUI-  
 DEM ET ALIA SIGNA FECIT IH̄S IN CONSPPECTU DISCIPULO-  
 RŪ SUORUM USQ; AD ASCENDIT SIMON PETRUS ET  
 TRAXIT RETE IN TERRAM PLENUM MAGNIS PISCIBUS  
 CENTUM QUINQUAGINTA TRIBUS ET CUM TANTI  
 ESSENT NON EST SCISSUM RETE.**

**P**ost narrationem rei gestae in qua thomas discipulus oblati sibi  
 tangendis in xpi carne uulnerum locis uidit quod credere nole-  
 bat & credidit. interponit haec euangelista iohannes & dicit.  
 Multa quidem & alia signa fecit ih̄s in conspectu discipulorum su-  
 orum. quae non sunt scripta in libro hoc; haec autem scripta sunt ut cre-  
 datis. quia ih̄s est xpi filius di. & ut credentes uitam habeatis in nomine  
 eius; hoc capitulum uelut libri huius indicat finem. sed narratur hic  
 deinde quem admodum se manifesta uerit dñs ad mare tiberiadis & in  
 captura piscium commenda uerit ecclesiae sacramentum qualis fuerit.

est ultima resurrectione mortuorum; ad hoc itaq; commendandum uale  
re arbitror. quod tamquam finis est interpositus libri. quod esse & iam se  
quuntur narrationis quasi proemiū. quod ei quodammodo faceret eminenti  
torem locum. quae narratio incipit ita; postea manifestauit se iterum ih̄s ad  
māte tiberiadis. manifestauit autem sic; Erant simul simon p̄rus & tho  
mas qui dicitur didimus. & nathanahel qui erat a galilea. & filii zebedei &  
alii ex discipulis eius duo. Dicit eis simon p̄rus; uado piscari; dicunt ei;  
uenimus & nos tecum; quare soli de hac piscatione discipulorum. utrum  
redierint p̄rus & filii zebedei ad id quod fuerunt prius quam ad nō uoca  
rentur. Erant enim piscatores. quando eis dixit. uenite post me & faciam  
uos piscatores hominum; Tunc eum quippe illi sequuti sunt. ut magiste  
rio eius relicta omnibus adhaerent. in tantum ut cum ab eo ille diues  
tristis abscederet cui dixerat. uade uende quae habes & da pauperibus  
& habebis thesaurum in caelo & ueni sequere me. diceret ei p̄rus. ecce  
nos dimisimus omnia & sequuti sumus te. quid est ergo quod nunc qua  
si apostolatu relicto fuerunt quod fuerunt. & quod dimiserant rep̄ant  
tamquam obliti quod audierant. Nemo ponens manum super aratrum  
respicens retro aptus est regno caelorum. quod si fecissent de functo  
ih̄u. priusquam resurrexisset & amouisset. quod quidem non poterant. qm̄  
dies quo crucifixus est. totos eos tenebat attentos usq; ad eius sepulturā  
quae ante uesperam facta est. sequens autem dies erat sabbati quando  
eis patrium mores seruantibus operari utiq; non licebat. tertio uero  
die dñs resurrexit. eosq; reuocauit ad spem quam de illo non habere tā  
coeperant. Tamensitunc fecissent. putaremus eos illa quae animos eo  
rum occupauerat. desperatione fecisse. Nunc uero post eum sibi de se  
pulchro redditum uiuum. post oblatam suis oculis & manibus non solum  
uidendam. uerum & iam tangendam atq; palpandam rediuiuae carnis  
euidētissimam ueritatem. post inspecta uulnerum loca usq; ad aposto  
li thomae confessionem qui se aliter crediturum non esse praedixerat.  
post acceptum eius insufflatione sp̄m sc̄m. post uerba in suas aures  
eius ore prolata. sicut misit me pater & ego mitto uos. quorum remise  
ritis peccata remittuntur eis. & quorum tenueritis relaxata sunt. subito  
fiunt sicut fuerunt. non hominum sed piscium piscatores. his ergo quos  
hoc mouet. respondendum est non eos fuisse prohibitos arte sua licita  
scilicet atq; concessa uictum necessarium quaerere sui apostolatus integri  
tate seruata. si quando unde uiuerent aliud non haberent. nisi forte  
quispiam putare audebit aut dicere apostolum paulum non pertinuisse

adeorum perfectionem qui relictis omnibus xpm sequuti sunt. qm̄.  
 ne quemquam eorum grauarē quibus euangelium praedicabat. suum  
 uictum suis manibus transigebat. ubi magis implētum est quod ait. plus  
 omnibus illis laboraui. & adiunxit. Non ego autem sed gratia dī mecum.  
 ut hoc quoq. appareat dī gratiae deputandum. quod & animo & corpo  
 re poterat usq. ad eo plus illis omnibus laborare. ut neq. cessarē ab euan  
 gelio praedicando. neq. tamen ex euangelio sicut illi sustentarē hanc  
 uitam. cum id per tot gentes in quibus xpi nomen non fuerat prophē  
 tum. multo latius atq. fertilius seminarē ubi ostendit ex euangelio  
 uiuendi. hoc est uictum habendi non necessitate apostolis impositam.  
 sed potestatem datam. quam potestatem commemorat idem apostolus  
 dicens. Si nos uobis spiritalia seminauimus. magnum est si uestra carna  
 lia mēemus. si alii potestatis uestre participant. non magis nos. sed non  
 sumus usi inquit hac potestate; & paulo post. qui altaris seruiunt inquit.  
 altari compartiuntur. sic & dñs ordinauit his qui euangelium adnun  
 tiant. de euangelio uiuere. Ego autem nullius horum usus sum. Satis  
 igitur apertum est non imperatum sed in potestate apostolis positum.  
 ut aliunde non uiuerent nisi ex euangelio. & ab eis quibus euangelium  
 praedicando spiritalia seminabant. carnalia mēerent. hoc est carnis hu  
 ius sustentaculum sumerent. & tamquam milites xpi stipendium debi  
 tum acciperent sicut a prouincialibus xpi. unde idem ipse miles egre  
 gius paulo superius de hac re dixerat. quis militat suis stipendiis unquam.  
 quod tamen ipse faciebat. quia plus illis omnibus laborabat. Si ergo bea  
 tus paulus ut ea potestate quam profecto cum ceteris euangelii prae  
 dicatoribus habebat. non cum ceteris uteretur. sed suo stipendio mili  
 tarē. ne gentes a nomine xpi penitus alienas doctrina eius quasi ue  
 nalis offenderē. aliter eductus artem quam non nouerat didicit.  
 ut dum suis manibus transigitur doctor. nullus grauarē auditor.  
 - quanto magis beatus petrus qui iam piscator fuerat. quod nouerat  
 fecit. si ad praesens illud tempus aliud unde uiueret non inuenit.  
 sed respondebit quis piam; & cur non inuenit. cum dñs promiserit  
 dicens. Quaerite primum regnum & iustitiam dī. & haec omnia appo  
 nentur uobis; prorsus & iam sic dñs quod promisit impleuit; nam  
 quis alius pisces qui caperentur apposuit. qui non ob aliud credendus  
 est eis in gessisse penuriam qua compellerentur ipe piscatum. nisi dis  
 positum uolens exhibere miraculum. ut simul & praedicatores euange  
 lii sui pascere & ipsum euangelium tanto sacramento quoderat de.

numero piscium commendatur us augerē. De qua re & iam nos quod ipse  
apposuerit dicere iam debemus. Dicit ergo simon p̄rus, uado piscari.  
Dicunt ei qui cum illo erant, uenimus & nos tecum, & exierunt & ascende-  
runt in nauem & illa nocte nihil adprehenderunt; mane autem iam facta  
stetit ih̄s in litore. montamen cognouerunt discipuli quia ih̄s est. Dicit  
ergo eis ih̄s, pueri numquid pulmentarium habetis? responderunt ei; non.  
Dixit eis; mitte in dexteram nauis r̄e & inuenietis; miserunt ergo  
& iam non ualebant illud trahere amittitudine piscium. Dicit ergo discipu-  
lus ille quem diligebat ih̄s p̄ro; dñs est. simon p̄rus cum audisset quia  
dñs est. tunica succinxit se erat enim nudus & misit se in mare; alii autē  
discipuli nauigio uenerunt. non enim longe erant a terra sed quasi cubitis  
ducentis trahentes r̄e piscium; ut ergo descenderunt in terram uident  
prunas positas & piscem super positum & panem. Dicit eis ih̄s, adferte de  
piscibus quos adprehendistis nunc; ascendit simon p̄rus & traxit r̄e  
in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. & cum  
tanti essent, non est scissum r̄e. hoc est magnum sacramentum in mag-  
no iohannis euangelio & ut uehementius commēdatur, loco ultimo scrip-  
tum, quod ergo septem discipuli fuerunt in ista piscatione, p̄rus & tho-  
mas & nathanahel & duo filii zebedei & alii duo quorum nomina tacentur.  
isti suo septenario numero finem significant temporis; uniuersum quip-  
pe septem diebus uoluitur tempus; ad hoc pertinet quod mane facta ih̄s  
stetit in litore, quia & iam litus finis est maris, & ideo finem significat saecu-  
li; eundem finem saeculi ostendit & quod p̄rus r̄e extraxit in terram.  
hoc est in litus, quod ipse dñs aperuit ubi alio quodam loco de sagena in mare  
missa similitudinem dedit & eam trahunt inquit ad litus; quod litus qd  
esset exponens ait. sic erit in consummatione saeculi; sed illa uerbi est  
non re gestae parabola. re autem gesta sicut hoc loco qualiter in saeculi  
fine futura sit. ita dñs alia piscatione significauit ecclesiam qualiter nunc  
sit; quod autem illud fecit initio praedicationis suae. hoc uero post resur-  
rectionem suam. hinc ostendit illam capturam piscium bonos & malos sig-  
nificasse quos nunc habet ecclesia. istam uero tantummodo bonos quos  
habebit in aeternum. completa in fine huius saeculi resurrectione mor-  
tuorum. Deniq; ibi ih̄s non sicut hic in litore stabat quando iussit pisces  
capi. sed ascendens in unam nauem quae erat simonis. rogauit eum a  
terra reducere pusillum. & in ea sedens docebaturbas; ut cessauit autē  
loqui. dixit ad simonem; duc in altum & laxa r̄e a uestra in capturam;  
& illic quod captum est piscium in nauiculis fuit. Non sicut hic r̄e extraxerit

interram; his signis & si qua alia potuerint repperiri ab ecclesia in hoc  
 saeculo. hic uero in fine saeculi figurata est; ideo illud antea hoc autem post  
 resurrectionem dñi factum est. quia ibi nos xp̄i significauit uocatos. hic  
 resuscitatos. ibi r̄ia non mittuntur in dexteram ne solos significant bo  
 nos. nec in sinistram ne solos malos. sed indifferenter. Laxa<sup>te</sup> inquit r̄ia ur̄a  
 in capturam. ut per mixtos intellegamus bonos & malos; hic autem mittite  
 inquit in dexteram nauigu r̄e. ut significar̄ eos qui stabunt ad dexterā  
 solos bonos; ibi r̄e propter significanda scismata rumpebatur; hic uero  
 qm̄ tunc iam in illa summa pace scōrum nulla erunt scismata. pertinuit  
 ad euangelistam dicere. & cum tanta essent. id est tam magni. non est scissū  
 r̄e. tamquam illud respicer̄ ubi scissum est. & in illius mali comparatione  
 commendat̄ hoc bonum; ibi capta est piscium multitudo tanta ut imple  
 ti duo nauigii mergerentur. id est in submersionem praemerentur; non  
 enim meria sunt. sed tamen periclitata; unde enim existunt in ecclesia  
 tanta quae gemimus nisi cum tantae multitudini obsisti non potest.  
 quae ad summergendam prope modum disciplinam intrat. cum mori  
 bus suis a scōrum tenete pentus alienis; hic autem miserunt r̄e in dex  
 teram partem & iam non ualebant illud trahere a multitudine piscium;  
 quid est iam non ualebant illud trahere. nisi quia illi qui pertinent ad re  
 surrectionem uitae. id est ad dexteram & intra xp̄iani nominis r̄ia defun  
 guntur. non nisi in litore id est in fine saeculi cum resur rexerint appare  
 bunt. ideo non ualuerunt sic trahere r̄ia. ut in nauem refunderent quos  
 coeperant pisces sicut de illis omnibus factum est quibus r̄e disruptum  
 & nauiculae pressae sunt; habet autem istos dextros ecclesia post finem uitae  
 huius in somno pacis uelut in profundo latentes. donec ad litus r̄e perue  
 niat quo traheretur quasi a cubitis ducentis; quod autem illic duabus nauicu  
 lis propter circumcisionem & praepitium. hoc isto loco ducentis cubitis ex  
 istimo figuratum propter utriusq. generis electos & circumcisionis & prae  
 pitium. tamquam centum & centum; quia in summa centenarii numerus  
 ad dextram transit; postremo in illa piscatione numerus piscium non ex  
 primitur. tamquam illud ibi fiat quod praedictum est per propheta. —  
 Annuntiaui & loquutus sum. multiplicati sunt super numerum. Hic uero  
 non sunt aliqui super numerum sed certus est numerus. centum quinqu  
 ginta tres. cuius numeri ratio dño adiuuante reddenda est. Si enim nume  
 rum constituamus qui legem significat. quid erunt nisi decem; decalogū  
 quippe legis id est decem notissima illa praecepta digito dī duabus lapide  
 is tabulis primum fuisse conscripta. certissimum est nobis. sed lex quando.

non adiuuat gratia. praeuaticatores facit. & tantum modo in littera est; propter hoc enim maxime ait apostolus. littera occidit. sp̄s autem uiuificat. Accedat ergo ad litteram sp̄s. ne occidat littera quem non uiuificat sp̄s. sed ut operemur praecepta legis. non uiribus nostris sed munere saluatoris; cum autem accedit ad legem gratia. id est ad litteram sp̄s. quodam modo denario numero additur septenarius; isto quippe numero id est septenario significari sp̄m sc̄m aduertenda litterarum sacrarum documenta testantur. nempe enim sc̄itas uel sc̄ificatio ad sc̄m proprie pertinet & sp̄m; unde cum & pater sp̄s sit. & filius sp̄s sit. quoniam deus sp̄s est. & pater sc̄s. & filius sc̄s sit. proprio tamen nomine amborum sp̄s uocatur sp̄s sc̄s. Ubi ergo primum in lege sonuit sc̄ificatio nisi in die septimo. non enim sc̄ificauit deus diem primum in quo fecit lucem. aut secundum in quo firmamentum. aut tertium in quo discieuit mare a terra. & terra herbam lignumque produxit. aut quartum in quo sidera sunt creata. aut quintum quo animalia quae in aquis uiuunt & in aere uolitant. aut sextum in quo terrestri anima uiua & ipse homo. sed sc̄ificauit diem septimum in quo requieuit ab operibus suis; Conuenienter igitur septenario numero significatur sp̄s sc̄s; Esaias & iam propheta. Requiescit inquit in eo sp̄s dei. eumque deinceps commendans opere uel munere septenario. Sp̄s inquit sapientiae & intellectus. sp̄s consilii & fortitudinis. Sp̄s scientiae & pietatis. & implebit illum sp̄s timoris dei; quid in apocalypsi. nonne septem sp̄s dicuntur. cum sit unus atque idem sp̄s diuidens propria unicuique prout uult. Sed operatio septenaria unius sp̄s sic appellata est ab eodem sp̄u. qui scribenti affuit ut septem sp̄s dicebantur; cum itaque legis denario sp̄s sc̄s per septenarium numerum accedit. fiunt decem & septem. qui numerus ab uno usque ad se ipsum computatis omnibus crescit ad CLIII. peruenit. Ad unum enim si adicias duo. fiunt utique tres; his si adicias tres & quattuor. fiunt omnes decem. Deinde si adicias omnes numeros qui sequuntur usque ad decem & septem. ad supra dictum numerum summa perducitur. id est si ad decem quo ab uno usque ad quattuor peruenieras. addas quinque. & fiunt quindecim. his addas sex & fiunt uiginti unum. his addas septem & fiunt uiginti octo. his addas octo & nouem & decem & fiant quinquaginta & quinque. his addas undecim & duodecim & tredecim & fiant nonaginta unum. his rursus quattuordecim & quindecim & xvi. & fiant centum triginta sex. huic numero adde illum qui restat de quo agitur. id est decem & septem & piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantum modo centum quinquaginta tres sc̄i. ad uitam resurrecturi

significantur ad aeternam - sed milia sanctorum ad gratiam spiritus pertinentium. qua gratia cum lege dei tamquam cum aduersario concordatur. ut uiuificante spiritu littera non occidat. sed quod per litteram iubetur. spiritu adiuuante compleatur. & si quid minus fit remittatur. Omnes ergo ad istam gratiam pertinentes hoc numero figurantur. hoc est figurate significantur; qui numerus ter habet & iam quinquagenarium numerum. & insuper ipsa tria propter mysterium trinitatis; quinquagenarius autem multiplicatis septem per septem & unius adiectione complatur; nam septies septeni fiunt quadraginta nouem. unus autem additur. ut eo significetur unum esse qui per septem propter operationem septenariam demonstratur; & nouimus sanctum spiritum post ascensionem domini quinquagesimo die missum. quem discipuli iussu sunt expectare promissum. Non igitur frustra dictis sunt hi pisces & tot & tanti. id est & centum quinquaginta tres & magni. Sic enim scriptum est; & traxit rē in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Cum enim dixisset dominus. Non ueni legem solvere sed implere. Daturus utique spiritum per quem lex possit impleri. Tamquam septem additurus ad decem. paucissimis uerbis interpositis ait. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis & docuerit sic homines. minimus uocabitur in regno caelorum; qui autem fecerit & docuerit. magnus uocabitur in regno caelorum; iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum; minimus autem ille qui soluit factis quod docet uerbis. in tali ecclesia potest esse qualem significat piscium prima illa captura habentem bonos & malos. quia & ipsa dicitur regnum caelorum propter quod ait. Simile est regnum caelorum saena missae in mare & ex omni genere congreganti. ubi uult intellegi & uon bonos & malos. quos dicit in litore. id est in fine saeculi separandos; Denique. ut ostenderet istos minimos reprobos esse. quid docent bono loquendo. quae soluunt male uiuendo. nec quasi minimos in uita aeterna futuros sed omnino ibi non futuros. cum dixisset. minimus uocabitur in regno caelorum. continuo subiicit. Dico enim uobis. Quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & pharisaeorum. non intrabitis in regnum caelorum; illi sunt ceteri scribe & pharisaei qui <sup>super</sup> cathedram moysi sedent. & de quibus ait. Quae dicunt facite. quae autem faciunt facere nolite. dicunt enim & non faciunt. Docent sermonibus. quod soluunt moribus. Consequens est ergo ut qui minimus est in regno caelorum qualis nunc est ecclesia. non intrat in regnum caelorum qualis tunc erit ecclesia quoniam docendo quod soluit. ad eorum societatem qui faciunt quae docent.

non pertinebit. & ideo non erit in numero piscium magnorum. Quoniam qui fecerit & docuerit. magnus uocabitur in regno caelorum. & quia hic magnus erit. ideo ibi erit ubi minimus ille non erit; usque ad eum quippe ibi magni erunt. ut qui minor ibi est. maior sit eo quo hic nemo maior est. sed tam qui hic magni sunt id est qui in regno caelorum ubi agena congregat bonos & malos. faciunt bona quae docent. ipsi erunt in illa regni caelorum aeternitate maiores. quos isti ad dexteram & ad resurrectionem uitae pertinentes indicant pisces. sequitur de prandio domini cum istis septem discipulis & de his quae post prandium loquutus est. ac de ipsius euangelii termino ut de quod donauerit disseramus. sed hoc non est isto sermone coartandum.

**INCIPIT SERMO CXXIII DE EO QUOD AI  
DIXIT EIS IHS UENITE PRANDETE USQUE AD HOC AUTEM  
DIXIT SIGNIFICANS QUAE MORTE CLARIFICATURUS  
ESSET DOMINUM.**

**I**n eo quod tertio dominus post resurrectionem manifestauit se discipulis suis. beati iohannis apostoli euangelium terminatur. in quo iam pertractauimus ut ualuerimus partem priorem. usque ad eum locum ubi narratum est captos fuisse pisces centum quinquaginta tres ad discipulis quibus se demonstrauit. & cum magni essent & ranae non sunt disruptae. deinde quae sequuntur. consideranda sunt & quantum ad iuuat domini sicut res postulate uidebitur differenda. peracta quippe illa piscatione. Dicit eis ihs. uenite prandete. & nemo audebat discumbentium interrogare eum tu quis es. scientes quia dominus est. si ergo sciebant. quid opus erat ut interrogarent. Si autem non opus erat. quare dictum est. non audebant. quasi opus esset. sed timore aliquo non auderent. Sensus ergo hic est. tanta erat euidentia ueritatis quae ihs illis discipulis apparerebat. ut eorum non solum negare. sed ne dubitare quidem ullus auderet. quoniam si quisquam dubitaret. utique interrogare deberet. sic ergo dictum est. Nemo audebat interrogare tu quis es. ac si diceretur nemo audebat dubitare quod ipse esset. & uenit ihs & accepit panem & dat eis. & piscem similiter. ecce dictum est & iam quid pranderint. De quo prandio aliquid suae ac salubre dicemus & nos. si pascat & nos. superius narratum est quod isti discipuli quando descenderunt in terram. uiderunt prunas positas & piscem super positum & panem. ubi non est intellegendum & iam panem fuisse super positum prunis. sed tantum subaudiendum uiderunt. quod uerbum si repetamus eo loco ubi subaudiendum est. ita totum dici potest. uiderunt prunas positas & piscem super positum & panem.